

sana illi deferre uoluit adire sinit. Agitans cōpluribus dieb  
de illo ꝛ consilia et sermones: & pollicita faciebat: cum deme-  
trius filius: & nearchus cretensis maiorem in modum de ipius  
salute contenderent: incumbētibus eius morti una ceteris  
omnibus. ferunt eumenē eius custodem onomarchum aliqu-  
ando interrogasse. Quāobrem antigonus hostem atq; inimicū  
in potestate habens: neque mature necat: neque generose libe-  
rat. Cui cum onomarchus contumeliose dixisset: non in presen-  
tiarum equidem. uerū in prelio animosus esse debuisti: subie-  
cit eumenes: & ita medius fidius ꝛ tempus fui: ab iis perconta-  
ter inquit q̄ mecum manum conseruere. Verū prestantiori con-  
currissē nemini me scio. Tum onomarchus: quando q̄dem pre-  
stantiorem comperisti: cur eius expectandum esse tēpus: non  
existimas. Antigonus ubi neci eumenem dedere constituit: ei  
cibum subduxit: ita ꝛ bidui: aut tridui: mediam ad suppre-  
mum uite diem abducebatur. Cum autem castra repente m-  
ouenda forent: intromisso homini iugulum prebuit. Deinde  
antigonus: corpus amicis traditum cremari permisit: simulq;  
reliquias argentea in urna cōpositas ad uxorem ac liberos reddē-  
das misit. Eumene hunc in modum in spirante proditorum  
suorum ducum. Vꝛ ac militum ultionem nulli alii fortuna cō-  
cessit. Verum antigonus ipse agyraspidas ut impios homines  
& inmanissimas belluas propulsans & abiciens: eos ibyratio ara-  
chosie procuratori tradidit: ut quouis modo ita homines dis-  
perderet: ac in pernitiam daret: ut nemini in macedoniam a-  
bire: aut grecum cernere pelagus liceret.

EXPLICIT EVHENIS VITA. SERVITVR EX QVI  
SITVM DEVTROꝞVE IVDICIVM IDEST CO-  
TENTIONIS PARSTERTIA:—